

Cap. Praesentium 7. q. 1. quid probet: curius & congrua explicatio.

ſi. Cap. 2. Dub. 92. numer. 1. Pro quo & videtur facere Cap. Praesentium 7. quæſt. 1. ubi Clerico, qui ſuis ordinandis negotiis per duorum menſium ſpatium abſuerat, indulgendum ab Epifcopo, D. Gregorius ſtatuit. Et ita P. Bauny in Praxi Beneficiorum, Diſput. 1. 4. Quæſt. 2. ſ. Undecimò abſentiam, propria negotia cauſam eſſe abſentia legitimum arbitrat. Sed certè cum in eo Capite negotiorum adducta cauſa non probetur, ſed ſolius aegritudinis, circa quam, & non circa negotia Pontifex ſanctus iubet inquiri, ex decifione tali non videtur illa ſufficienter comprobari, ſed reprobari potius, quia exceptio firmat regulam in contrarium. Nihilominus admitti poteſt, quatenus aegritudo illa potuit occasione negotiorum contrahi: ſi enim præceſſiſſet, non fuiſſet commoditas ſe abſentandi, neque fundamentum ad remouendum illum ab Eccleſia, in quâ Beneficium obtinebat. Quod ergo inquirendum circa aegritudinem dicitur, ita eſt accipiendum, vt videatur an ratione illius abſentia maior fuerit, quàm negotia requirebant. Quæ eſt verofimilis explicatio, pro quâ & facit cauſam ordinandi negotia non damnari, vt damnari oportebat, ſi minus ſufficiens habebatur.

Dubium circa Præbendam à Protege accuſat.

ſ6 Illud hoc loco ſpeciale occurrit, an diſtributiones lucretur, qui à Protege in Curiam accerſitur, eò quòd contra illum aliquid ſubortum fit, propter quòd accerſendus, poteſtate illâ, de qua grauis eſt controuerſia, videatur. Et Dom. quidem Solorzanus de vocatis à Rege & Protegibus id verum reputat citatis locis: ſed in iis videtur locutus caſibus, in quibus cauſa boni publici agitur, cui poſſunt Præbendarij ſic vocati conſilium aut operam præſtare: eſt autem diuerſa ratio, cum Præbendarius vt reus comparere cogitur, quomodo cumq; iudicium illud inſtruat. Circa quòd illud eſt certum, ſi Præbendarius innocens in cauſa ſit, emolumenta Præbendæ non amittete, quæ Præbendam ipſam conſtituunt: quidquid de diſtributionibus ſit, ſecundum partem illam tertiam, quæ & ſtudentibus negandam volunt multi, de quo numer. 41. & in caſu præſenti id potius dicendum, quia abſentibus à loco Beneficij etiam ob cauſam publicam, vt quia in Concilio generali aſſiſtunt, negandum reſoluit cum multis P. Thomas Saneius ſuprà, Dubio 94. licet alij ſecus ſentiant apud eundem, qui Decreto Concilij Conſtantienſis ſeſſ. 19. ſ. Item, cum abſente, videntur contraire. Eſt autem oppoſitum probabile, quando Præbenda in ſolis eſt diſtributionibus conſtituta. Et in caſu noſtri ſpecie, quando ſcilicet iniuſtum Superioris præceptum interuenit, id tenet Bonacina Diſputat. 2. de officio diuino, Quæſt. 5. Puncto 2. num. 9. cum alijs, & valde verofimiliter etiam cum diſtributiones diſtinctæ ſunt; ſicut de iniuſte incarcerato Trullench Lib. 1. Cap. 8. Dub. 10. Si verò culpa in eo reſideat, non idèd amittit, quia culpâ illâ non erat tali poena digna; etſi eſſet, à competendi erat iudice inſigenda, qualis non eſt laicus Gubernator, qui neque in eo articulo ſe intromittit. Eſt ergo tunc inſta & rationabilis corporalis neceſſitas; quia licet culpa præceſſerit; iuſtè tamen & rationabiliter Præbendarius edicto Proregis obſequitur, ne maiora incommoda ſubſequantur. Quemadmodum inſirmitas lucrands diſtributio-

Si innocens nihil amittete.

Neque etiamſi culpabilis.

nibus non obſtat, etiamſi culpabiliter contracta fuerit, iuxta dicta num. 4. Eſt autem circa prædicta generalis illa decifio, pro quâ in Declarationibus Cardinalium ad Cap. 12. ſeſſione 24. de Reformat. ſic dicitur: Quando non ſtat per aliquem quo minus in ſuo Beneficio reſideat, nullum ob non reſidentiam detrimentum ſentire debet. Hoc ſapè reſolutum eſt. Alia item in hunc modum: Congregatio cenſuit diſtributiones quotidianas lucrari cum, qui in debite coniectus in carcerem fuerit, & fructus Præbendæ, ſive maſſæ groſſæ tandem deberi, quamdiu per ſententiam non fuerit declaratus iuſtè illum in carcere detineri.

nibus non obſtat, etiamſi culpabiliter contracta fuerit, iuxta dicta num. 4. Eſt autem circa prædicta generalis illa decifio, pro quâ in Declarationibus Cardinalium ad Cap. 12. ſeſſione 24. de Reformat. ſic dicitur: Quando non ſtat per aliquem quo minus in ſuo Beneficio reſideat, nullum ob non reſidentiam detrimentum ſentire debet. Hoc ſapè reſolutum eſt. Alia item in hunc modum: Congregatio cenſuit diſtributiones quotidianas lucrari cum, qui in debite coniectus in carcerem fuerit, & fructus Præbendæ, ſive maſſæ groſſæ tandem deberi, quamdiu per ſententiam non fuerit declaratus iuſtè illum in carcere detineri.

Declarationes Cardinalium circa prædicta.

ſ7 Pergit Concilium, & ſic ſubdit: Nulli quoque in Eccleſiâ Cathedrali Præbendam obtinenti commendi in Hiſpaniam copia fiat, niſi Præbendam ſuam aut Beneficium prius reſignauerit. Sic illud: cuius oppoſitum cum videamus fieri, credendum eſt ad cauſam ipſius Eccleſiæ copiam ſic factam reuocari. Et ita illud admittit Dom. Villaroel Parte 1. Quæſt. 8. Art. 1. num. 40. Sed certè vix talis inuenietur, qui ob ſolam Eccleſiæ vtilitatem incommoda & pericula navigationis aſſumat. Sua ergo Præbendarius quaſiturus augmenta, honorificam commiſſionem accurat, vt ſic minus illi negotiorum ſuorum proſecutio quaſtuofa reddatur: quo euentu non poſſe lucrari diſtributiones tenent graues ſcriptores apud Bonacina Diſput. 2. citati, Quæſt. 5. Puncto 3. numer. 14. Ex quo frequenter accidit, vt circa propria ſolicitus, alia frigide pertractet; vnde & promotus redit, ſed non Eccleſiæ cauſa promotus, poſt tranſmiſſam ipſi à Capitulo ingentem pecuniæ quantitatem. Res ergo iſta coram Deo debet expendi, cum de tradendâ commiſſione agitur, & vtilitas ponderanda: & qui de illâ ſuſcipiendâ agit, ſuam conſcientiam oportet inſpiciat, quia in præpoſterâ intentione & traditione graue peccatum interuenit, & reſtitutionis obligatio manifeſta. Videndus Bonacina ſuprà, num. 17. & ſeſſ. 9. Neque ſemper ad condonationem conſugij poteſt, quia multoties illa non habet locum vel quia mortui aliqui Præbendarij ſunt, vel quia eorum quidam præ verecundia non exigunt, videntes alios ex dignioribus obmutecere: vel propterea quòd ignorant quo ſe pacto geſſerit Procurator: vnde ad illius eſt hoc conſcientiam remittendum.

In Hiſpaniam non licere commendi, niſi reſignato Beneficio.

Circa eos, qui prætextu vtilitatis Eccleſiæ vendunt non randa doctina.

ſ8 Citatum Caput ſic Concilium claudit: Prætereà idem in Eccleſiâ Cathedrali Præbendam obtinentes, non amplius quàm per menſem, atque hunc interpolatum, ac per dies, non per horas computandum, ab Eccleſiâ abeſſe poſſunt. Hæc Concilium: cuius diſpoſitio non debet diſpoſitioni Concilij Tridentini videri contraria, dum ſeſſione 24. Cap. 12. abſentiam trium menſium indulget: cum ibidem ſic addat: Saluis nihilominus earum Eccleſiarum Conſtitutionibus, que longius ſeruitij tempus requirunt. Vnde in margine Decreti citati locus Tridentini præſatus apponitur; vtpote cui ſe voluit dicta Synodus conformare. Et quidem merito ob inculcatas rationes, quia & Eccleſiæ Indicæ ad ſtabiliendam melius Religionem, Miniſtrorum debent numero competentem decorari: & quia ob diſtantiam Patroni, ex ordinario numero aliqui ſemper deſiderantur; & ſic diuina officia non poſſent conuenienter celebrari. Vnde & extant plures

Menſis vnius vacatio Indici Præbendarum tantum indulget.

Non eſt id Conc. Triad. diſpoſitione contraria.

Cur non per horas faciendâ cõpnetio.

Congregationis Triad. Declaratio.

plures Cardinalium Declarationes pro diuerſis Eccleſiis, quibus minor vacatio per ſtatuta eſt propria conſtituta. Neque allegari poteſt in contrarium ſtatuta dicta ante Concilium fuiſſe; cum tamen Limenſe Concilium poſt Tridentini confirmationem fuerit congregatum. Nam Concilium generaliter loquitur, & Limenſe approbatum fuit à Sede Apoſtolicâ, quæ nihil contrarium Tridentini Decretis nuper editis permiſiſſet. Quomodo autem prædicta diſpoſitio in omnibus Eccleſiis non vigeat, ſed Tridentini, indulgentiâ illarum Præbendarij perfruatur, ipſi viderint, neque enim ſine magno fundamento id factum debemus arbitrari. Menſem autem non per horas, ſed per dies computandum, eam poteſt habere cauſam, quòd computatio horaria nimis laborioſa eſt: & prætereà ne quis horam magis incommodam eligat, vt in ea non aſſiſtat, dum ex ea menſem integrandum ſibi habet perſuaſum. Eſt autem decretum prædictum Cardinalium Declarationi conforme, circa citatum Caput, quæ ſic habet: Congregatio cenſuit non poſſe conſici ex horis, quibus Canonici reſidentes abſunt à Choro, dies, vt ex diebus & horis conſici poſſint menſes abſentia, de quibus in hoc Decreto: neque ad conſtituendum ſeruitij noem menſium colligendâ eſſe punctaturas; quaſi ij, qui nouem partes punctaturarum ex duodecim, que ex ſeruitio totius anni conſtantur, deſeruiendo tulerint, ſeruitio nouem menſium debito ſatiſfecerint: ſed ipſos dies reſidentia & ſeruitij, ſue continui ſue interpolati, numerandos eſſe, vt compleant numerum dictorum nouem menſium. Sic Congregatio. Eſt ergo iuxta ſpiritum & mentem Eccleſiæ vt eo, quo quis ſeruit die integrè ſeruiat, eo quem elegerit vacationi aut proprijs negotijs aſſignatò. Quemadmodum in iis, qui Scholas frequentant, accidit, quibus dies ſunt vacationum aſſignati: id quòd conuenientius eſt, quàm vt, dum Scholas frequentant, non integros dies lectionibus audiendis impendant: quòd equidem non poteſt non eſſe, & Scholis ipſis & docentibus indecorum, nec de obligatione aſſiſtendi plura, vt ad alia tranſeamus.

CAPVT VIII.

Vtrum Indici Præbendarij abſentes lucrari fructus Præbendæ poſſint ex aliorum condonatione.

Colluſio & remiſſio à Tridentino damnata.

Pro eadem Declarationes Cardinalium.

ſ9 Vndamentum dubitationi præbet Concilium Tridentinum ſeſſione 24. Cap. 12. de Reformat. in quo ſic dicitur: Diſtributiones verò qui ſtatim horis interſuerint, recipiant: reliqui, quæuis colluſione aut remiſſione excluſa, his careant, iuxta Bonifacij VIII. Decretum, quòd incipit Conſuetudinem, quòd ſancta Synodus in uſum reuocat, &c. Iuxta quòd ſunt etiam Cardinalium Declarationes, ex quibus illa pro Eccleſiâ Vxonienſi 22. Nouemb. 1592. tenoris ſequentis: Congregatio Concilij cenſuit non licere Capitulo, aliquo prætextu diſtributiones quotidianas donare aut remittere alicui, qui ab Eccleſiâ ſeruitio abſuerit: quin imò eum, qui illas receperit, teneri ad earum reſtitutionem, nec illas ſuas facere poſſe. Sic Congregatio, cuius alia Declaratio idem de Epifcopo ſtatuens inferius referenda. Pro eadem ſtat Concilium

Limenſe tertium Aſſ. 4. Cap. 26. ſic decernens: Diuino Officio diurno & nocturno, ac Miſſarum ſolemniſſimis interſint omnes Cathedralibus Eccleſiis Dignitates, atque Canonici, quemadmodum in Tridentino & Limenſi Concilio conſtitutum eſt. Qui verò non interſuerint, ſine vlla remiſſione diſtributiones amittant, que ceteris, qui interſunt, eo ipſo debeantur: neque verò remiſſionem aut condonationem vllam in iſis ſibi viciſſim Capitulares facere poſſunt; ſi fecerint, nulle ſic ſed diſtributiones ita perceptas teneatur in conſcientia reſtituere, qui fraudem faciunt. Sic illud, iis conformiter, quæ à Bonifacio VIII. in citato Cap. Conſuetudinem, de Cleric. non reſident. ſtatuta ſunt verbis illis: Qui verò aliter de diſtributionibus ipſis quicquam receperit (exceptis illis, quos inſirmitas, ſeu inſta & rationabilis corporis neceſſitas, aut euidentis Eccleſiæ vtilitas excuſaret) rerum ſic receptarum dominium non acquirat, ne ſuſcipiat eas ſuas; imò ad omnium reſtitutionem, que contra huiusmodi noſtram Conſtitutionem receperit, teneatur. De diſtributionibus etiam pro Deſunctorum Anniverſarijs, largiendis, idem decernimus obſeruandum. Sic Pontifex: quæ omnia, licet adeò videantur perſpicua, locum tamen quaſtioni relinquunt: an ſcilicet aliqua via ſit, quæ condonationes ſuſtineri poſſint? Vt neque lethales ſint, neque obligationem reſtitutionis inducant. Circa quòd

Et Concil. Lim. 3.

Ac Decretum Bonifacij 8.

Aſſertio 1. mortale eſſe generalem condonationem eſſe reſtitutionis.

Aſſertio 2. obligationem eſſe reſtitutionis.

Aſſertio 3. cui facienda.

Declaratio Card.

Aſſertio 4. non ratio.

Reſponſio quædam diſſecta.

60 Dico primò. Remiſſio aut condonatio generaliter facta, dum Præbendarij ita inter ſe conueniunt, vt ſibi inuicem remittant, mortale peccatum eſt. Id videtur clarum: quia eſt contra legem in materia grauiſſimâ, quæ ſi non obligaret hoc pacto, inutilis redderetur. Pro quo dictum Titul. 2. n. 3.

Dico ſecundò. Non obſtante remiſſione dictâ, eſt obligatio reſtitutionis. Conſtat ex dictis num. præced. & ita vt certum ſtatuunt Auctores, quos adducit P. Thomas Saneius Lib. 2. Conſil. Cap. 2. Dub. 108. n. 2. & Pharaonius Pag. 459.

Dico tertio. Reſtitutio talis faciendâ eſt Eccleſiæ, aut pijs operibus, iuxta Declarationem Cardinalium, quæ extat in vltimâ recognitione, & ſic habet: Non licet Epifcopo, aliano prætextu, diſtributiones quotidianas donare, relinquere, aut quaſi colluſione remittere alicui, qui vel ab Eccleſiâ ſeruitio abſuerit, vel alio quouis modo diſtributiones legitime debeant amittere. Nec ſas ſit cuiſpiam eas capere; & ſi acceperit, ſuas ne faciat, ſed eas reſtituere omnino cogatur, diſtribuendo fabricæ Eccleſiæ, quatenus indiget, aut alteri pro loco, Epifcopi arbitratu. Sic Congregatio: & ratio eſt: quia licet diſtributiones amittat à non ſeruientibus, iis, qui ſeruiunt, accreſcant; dum tamen generalis iſta remiſſio ſit, ij, quibus accreſcere debebant, eas remittunt, vnde earum domini non ſunt: cumque aliâ fructus Eccleſiaſtici, & patrimonium Chriſti ſint ita expendi debent, vt mos Eccleſiæ ſeruat, & eſt ille, quem Congregatio deſignat. Si dicas remiſſionem eſſe conditionalem, ſi videlicet is, cui fit, etus ſit vtilitatem percepturus, ſeu minus in dominio ſeruientis futuras. Contra hoc eſt, quia talis modus remittendi communiter non habetur: tum etiam quia quodam modo ille donandi non eſt propterea quòd velit ſe iuſtitia conformare, non aliter donando quam ei liceat, ſed vt fraudem faciat Eccleſiæ, ad quam talia debent bona pertinere, vtilitatem propriam vtilitati eiùſdem præferendo: vnde cum voluntas

iuridica & legalis non fit, ſed fraudulenta & iniqua, non attenditur conditio, ſed remiſſio penitus annullatur. Quin etiam quod cum tales indifferenter diuino Officio deſuerint, etiamſi quis donationem conditionatam fecerit, & ſic illa locum habere nequeat, ſed in eius iure id, quod remiſit, remaneat: aliunde habere nequit quod ſeruitio ſuo non meruit, cui conſtat deſuiſſe. Communis ergo defectus communi eſt animaduerſione mulctandus, & ita ex eo nullus debet commodum reportare. Et quidem cum talis defectus fit, qui in detrimentum Eccleſiæ redundet, nulla alia cauſa eſt præter ipſos, & ita ipſi debent illum redditione fructuum compenſare. Quia verò contingere poteſt, vt Eccleſia non indigeat, ad alia pia opera eius benignitas deriuatur.

Aſſertio 4. Idem ſtatuentis in tacita conuentione.

61 Dico quartò. Quando nulla ante remiſſionem procedit conuentio, ita tamen ſoliti ſunt Præbendarij facere, idem dicendum eſt. Id probo: quia ibi eſt genus quoddam tacitæ conuentionis, ex qua lequitur vt in ſeruiendo magni deprehendantur defectus, quorum quidem ij ſunt cauſa, qui talem ſolent facere remiſſionem: ſi enim ſcirent omnes nihil ſibi remittendum, diligentius adſtarent. Sic ergo, dum abſunt, nequeunt mereri ſtipendium, neque alij donare ipſis illud poſſunt, quia cauſa abſentiæ ſunt, & ſic ad compenſationem tenentur Eccleſiæ faciendam, ſicut nuper arguebamus. Et hæc ratio maximè virget quando eſt expreſſa conuentio.

Aſſertio 5. Negans, cum abſit fraus vt probabilis.

Dico quintò. Si nullà præcedente conuentione modis dictis aliquis diſtributiones ſibi debitas remittat gratis, probabiliter ſuſtineri poteſt id eſſe licitum & validum. Sic Gabriel, Nauarrus, Honcala, & Sandoral, apud P. Thomam Sancium numer. 2. citato. Et probatur: quia Concilium eam videtur remiſſionem tantum damnare, quæ fraudulenta eſt, & colluſionem importat, vt indicant verba illa. Quæ colluſione aut remiſſione excluſa: remiſſio enim addita eſt ad exponendum quid nomine colluſionis ſignificatum vellet, vt fit remiſſio mutua, quæ eo ipſo fraudulenta eſt. Et ita videtur intellexiſſe Limenſe Concilium, vt illa eiſdem declarant verba: Teneatur in conſcientia reſtituere, qui fraudem fecit. Pro quo P. Filliucius Tract. 41. num. 51. & P. Palaus Tract. 7. Diſput. 3. Puncto 9. §. 13. num. 2. & alij citandi.

Robur additur ex recepta doctrina.

62 Quod roboratur ex ſententia grauium Scriptorum, quos adducit & ſequitur P. Sancius ſupra Dub. 109. P. Filliucius & P. Palaus locis dudum citatis, quibus adde Dom. Eſcobar à Corro Tractatu de Horis Canonicis, Quæſt. 5. §. 2. n. 209. & Trullench Lib. 1. Cap. 8. Dub. 16. numer. 405. iuxta quam, ſi Præbendarius reſtituat diſtributiones cum pacto de donando poſtea, donationem valet, quia reuera idem eſt acſi non reſtitueret: ſi verò ſine fraude reſtituat, & alter ſine dolo aut metu reddat ex intuitu amicitia, remiſſio valida eſt. Etiamſi extant apud Theſaurarium, ſed iam designata. Quæ eſt celebriſſima Gloſſa in Cap. Statutum, de Reſcriptis in Sexto, licet in alia materia, ad quem tamen reſolutionem ſe remittit in citato Cap. Conſuetudinem, verb. Suas: ſic enim ibi: Quod ſi illi, quorum lucro prædicta celebant, remittant: numquid eſt Canonicus abſolutus? Satis videtur quod ſic. Inſtit. de rerum diuiſ. §. Per traditionem; cum hic non ſit additum remiſſionem non

Gloſſa celebris pro eodem.

prodeſſe, vt ſupra eodem lib. de Reſcriptis, ſtatutum, §. antepenult. Hæc Gloſſa, quæ in allegato Capite, vbi remiſſio ſubmouetur, donationem eſt validam & affirmat & probat, quia remiſſio eſt donatione facilior. Sed certè, licet facilior fit, quia eſt rei non apprehenſa, eſt tamen genus quoddam donationis. I. Peculium, in principio D. de peculio, vbi Bartholus: & in caſu noſtro eiſdem omnino conſiderationis: quia cum Præbendarius ſumat dandas ſibi ſtatim diſtributiones ab ſque vlla difficultate, quaſi in poſſeſſione earum eſt, & ita cum eas remittit, nihilo minus facit, quam ſi poſt apprehenſionem eas Collegæ ſuo donaret. Sicut ergo hoc veròſimiliter licet, ita & illud. Vnde nec designatio portionis videtur neceſſaria. Neque aliter accipiendum quod in Declaratione Cardinalium habetur, dum dicitur non poſſe aliquo prætextu diſtributiones donari aut remitti, & qui illas receperit, teneri ad reſtitutionem: loquitur enim de donatione facta à Capitulo, aut ab Epilcopo; ex quibus hic nequit dare quod ſuum non eſt, ſed Præbendariorum, quibus accreſcit: Capitulo autem per modum talis id etiam præſtare nequit, quia ſic decernente maiori parte, inuiti aliqui priuarentur: & quia, cum à Capitulo fit, tacita videtur eſſe conuentio, vt omnibus ea faciat indulgentia, quam omnes ſic liberaliter præſtant.

Declaratio Cardinalium vt accipienda.

63 Dico ſextò. Sententia, quam tenent Emmanuel Rodericus, Vega, Sandoual, & alij, ac probabilem reputat Moneta, Naldus autem & Bonacina probabiliffimam, vt videri poteſt apud P. Palaum ſupra num. 5. minimè videtur probanda, quatenus affirmant Conſilium Tridentinum ſolum decernere circa diſtributiones in poſterum amittendas, ſi debita aſſiſtentia deſuerit, non verò circa iam amiſſas, ad quas, qui adſtitit, proximum habet ius: quam diſtinctionem improbant Nicolaus Garcia, Menochius, & Bonacina, quos adducit & ſequitur P. Palaus ſupra num. 6. qui dum num. præced. aſſerit Naldum eam probabiliffimam reputare, omnino deceptus eſt, quia in loco ab eodem, ſicut eſt apud Bonacinam, allegato, ſcilicet verb. Diſtributio num. 3. nihil tale habet, ſed ſuam ſententiam hiſ verbis proponit: Diſtributiones quotidianæ in caſibus, in quibus in abſentia non percipiuntur, non poſſunt per Capulum remitti aut donari ipſi abſenti; neque is, ſic eas accipiens, faceret ſuas. Sic ille. In quo & lapſus apertè Bonacina dum Diſput. 2. de diuino Officio &c. Quæſt. 5. Puncto 7. §. 1. num. 5. affirmat Naldum ſententiam Emmanuelis & aliorum ſequi loco citato. Quæ licet non multum ad rem facere videantur, omittenda non fuerunt, vt & de veritate conſtet, & Auctores eam, quæ opus eſt, diligentiam ſtudeant adhibere, neque alijs facile credant ſæpius in errore deprehendiſſis. Ratio autem Aſſertionis illa eſt, quia & in amiſſis diſtributionibus poteſt eſſe colluſio à Concilio reprobata: vt ſcilicet omnes ſibi inuicem remittant: & aliquando in amittendis de futuro poteſt fraus deſſe, quam diximus Concilium remouere, vt ſi quis amico dicat ſe numquam rigorem cum eo in ſequendis diſtributionibus ſeruaturum, quem ſciat non propterea præſentiam diuinis Officijs ſubſtracturum, ſed quia aliàs ei libebit, abſuturo equidem etiamſi eſſet annua Præbendæ commoda perditurus.

Aſſertio 6. Sententia quadam de diuerſitate diſtributionum improbat.

Illuſtratio.

Fus.

Concilium Limenſe de quibus locutum.

rus. Et Concilium quidem Limenſe non videtur de remiſſione amittendarum de futuro locutum, vt ex eius apparet verbis. num. 57. adductis, neque quod nondum eſt, propriè remittitur aut donatur. Addo diſtinctionem illam quoad effectum, de quo agitur, nullius eſſe momenti. Nam ſi remiſſio amittendarum nulla eſt: quando re ipſa contigit amiſſio ob negatum ſeruitium poterit Præbendarius remittere & donare non virtute prioris promiſſionis, ſed quia iam eſt illarum dominus. Si inſtes non eo ipſo quod dominus ſit poſſe pro libitu diſponere, quandoquidem parte ſua Congreg. detracta, reliquum debet in opera pietatis expendere. Contra eſt, quia diſtributiones eum eo onere tranſeunt ad Collegam, quod de illis etiam diximus num. 22. quæ tota Præbenda non ſunt: neque eſt, vt ſupponimus, fundamentum aliquod peculiare, propter quod de contrario expendendi modo poſſit condonator ſuſpicari.

CAPVT IX.

Permiſſæ vacationis menſibus an Præbendæ fructus debeantur. Et quid ſpeciale circa Indicos Præbendarios.

Aſſertio 1. Præbendæ certo debent à diſtributionibus diſtinctam.

64 Dico primò. Vbi Præbendæ diſtributionibus diſtincta eſt, non eſt dubium illam menſibus debent præſtari. Sic communiter Scriptores, qui circa diſtributiones tantum quaſtionem mouent, aliud vt indubitabile ſupponentes, iuxta Iuris diſpoſitionem, ac præſertim Concilij Tridentini Seſſione 24. Cap. 12. de Reformat. vbi generaliter ſupponitur abſentes Præbendæ fructus facere ſuos. Aliàs non eſſet æſtimabile beneficium, quod Eccleſia ad leuamen laboris indulget, cum Præbendarij ſubſidio ad vitam competentem careant, quod & indecorum eſſet alijs modis quaeritare. Si dicat ſibi illos imputare debere, qui ſponte recedunt. Contra eſt: quia durum inde Eccleſiæ ſeruitium redderetur, cum vacationis nihil ſuppeteret iis, qui Choro manè & vespere intereſſe deberent, & diebus præcipue feſtis, in quibus alij ſolent à labore continuo feriari. Pro quo Declaratio Cardinalium circa citatum Caput die 5. Iulij 1598. verbis illis: Prout fruuntur in dictis tribus menſibus omnibus fructibus ſuarum Præbendarum, cum pro præſentibus & intereſſentibus habeantur in iure.

Aſſertio 2. Diſtributiones probabiliter debent.

65 Dico ſecondò. Quando diſtributiones diſtinctæ ſunt, probabilis eſt illas debent trimeſtri, aut alio ſtatuto vacationis tempore. Vt non debeantur, faciunt Declarationes Cardinalium, ex quibus eſt dudum citata, dum in ea ſic ſubditur: Memoramen poteſt ſui dictis diſtributionibus, quando iſtæ diſtributiones ſunt diſtinctæ à Præbendis. Idem habetur in alia 17. Iulij 1597. ſed ſtrictiori, dum ſic ait: Congregatio Concilij cenſuit non licere Canonicis prætextu immemorabilis conſuetudinis ultra tres menſes quorannis ab Eccleſia abeſſe, neque eo trimeſtri tempore poſſe abſentes quotidianas percipere: quippe quod huiusmodi immemorabilis conſuetudo vtroque caſu ſublata eſt Decreto Capituli 12. Seſſio. 24. Facit in-

Cardinalium Declarationes.

ſuper quòd cum diſtributiones intereſſentibus tantummodò debentur ſint, & ita Sacri Canones ſtatuant, exceptio abſentium, vt genio indulgeant temporis ſpatio permiſſo, nullibi reperitur. Et ita tenent. Naldus verb. Diſtributiones, num. 3. innixus præſatæ Declarationi conſuetudinem etiam remouenti. Diana ſtatim allegandus, pro ſe adducens non paucos. Tenent item alij, quos adducit Bonacina Diſput. 2. de Officio diuino in Choro &c. Quæſt. 5. Puncto 6. numer. 7. Et etiam Trullench Lib. 1. Cap. 8. Dub. 3. num. 5. Quòd verò debentur ſint, probat Bonifacij Octauij Conſtitutio, quam Concilium Tridentinum innouat citato Cap. 12. dum diſtributiones etiam non intereſſentibus conceduntur, quando adest iuſta & rationabilis corporalis neceſſitas. Talis enim debet exiſtimari, quæ in vacationibus iſtis interuenit, ſine quibus Chori labor valde moleſtus redderetur: pro quo Bonacina eruditè diſcurrit num. 7. citato ex quo P. Palaus Tract. 7. Diſput. 3. Puncto 9. §. 12. num. 4. alijque apud Dianam Parte 10. Tractatu 11. Reſolut. 58. Et ante illos P. Thomas Sancius Lib. 2. Conſil. Cap. 2. Dub. 103. num. 2. qui iſtam tenet ſententiam, ſed cum limitatione, quando ſcilicet ſtatuta Eccleſiæ illas Præbendariis concedunt; vnde videtur ſupponere abſolutè non debent. Verum limitatio non videtur abſolutè adhibita: quandoquidem, ſi per Concilium non eſſet ius ad illas, non poſſent per ſtatuta concedi, quæ diſpoſitioni Concilij contraria eſſe nequeunt, cum in eo ſic addatur: Non obſtantibus quibuscuſque ſtatutis & conſuetudinibus. Quia verò dubium aliquod circa mentem Concilij eſſe poterat, dum trimetre abſentiæ concedit, ſic ſubdit citatus Auctor poſt adductam rationem, de qua nuper: Item, quia ſic uſus interpretatus eſt. Hac ergo de cauſa poſſunt ſtatuta fieri, quæ ſint Iuris circa hoc interpretationes cum obligationis vi. Et ita tenere nonnullos ait maximè doctos Recentiores. Videtur etiam ſic tenere P. Palaus, qui cum permiſſionem ſolitam approbet lucrandi hiſ diebus diſtributiones, ex fructibus groſſæ arguit, quos certum eſt lucrari abſentes, cum in omnibus eadem ratio inueniatur. Nec diſſentit Bonacina, qui non ſolum ratione conſuetudinis legitime præſcriptæ, quadragenariæ inquam, id licere affirmat. Sed etiam ratione Conſtitutionis: vnde id currit, quòd de Statutis dicebamus, pro quo & alios adducit.

Conſ. Bonifacij VIII.

P. Sancius.

Statuta circa Decretum Trid. quomodo fieri queant.

P. Palaus.

Bonacina.

Declarationes Cardinalium non eſſe contrarias.

66 Et hæc ad probabilitatem fatiſ, ſi addamus Declarationes Cardinalium non eſſe contrarias, quibus Doctores aliqui apud Bonacinam, quos & ſecutus P. Palaus, ita reſpondent, vt procedant quando conſuetudo non eſt legitime præſcripta per lapſum 40. annorum: quòd quidem minus apparet veròſimile, quia dubitatio non eſt propoſita ſub tali formâ, quòd ſcilicet quadragenaria conſuetudo nondum eſſet præſcripta: ſic enim alia erat adhibenda reſponſio, quia de conſuetudine non ſolum antecedente Concilium, ſed ſubſequentem illius Decretum agebatur. Ex quo fit Declarationem dictam minus congruam eſſe, vt potè quæ propoſita non fecerit ſatis quaſtionem. Præterquam quòd etiamſi hoc de priori Declaratione concedatur, in qua de conſuetudine agitur: in poſteriori id locum non habet, quia in illa de conſuetudine nihil, vt